

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Disputationes Chirurgicæ Selectæ

Haller, Albrecht von

Lausannæ, MDCCLV.

VD18 90538943

CXVI. Quaestio Medico-Chirurgica.

urn:nbn:de:gbv:45:1-16605

Q U Æ S T I O
M E D I C O - C H I R U R G I C A ,

Quam Praside

F R A N C I S C O M E R Y .

Tuebatur

C L A U D . J O S E P H . G E N T I L ,

B I S U N T I N E N S I S .

Sub hac verborum ferie ,

An Bubo venerus Skirrhodes absque cauterio curandus ?

Parisiis die 25 Novembris anno 1751.

I.

Q Uot & quam innumeras sese transformet in facies , tragœdiasque ludat venereum virus miseræ fat norunt veneris victimæ : mille-coloris hujusce protei historiam tam eleganter & abunde scripserunt praxeos medicæ principes imprimisque illustrissimus libri de morbis veneris author , ut supposita ex eorum pertractatione morbi tam crudeliter sævientis ortus , causæ , symptomatum , signorumque seriei perfecta cognitione , diversam veneri bubonis indolem indicare protinus sufficiat : triplicem ergo bubonum venereorum speciem certo ac proprio discriminatam vocabulo cum Clarissimo D. *Afruc* agnoscimus : alii enim multum dolent , calent , pulsant , renituntur , & phlegmonodes : alii modice calent , dolent , pulsant , renituntur , imo potius molles prementis digiti vestigia admittunt & servant , & œdematodes : alii denique doloris , caloris , pulsationis expertes , duri sunt & valde renituntur , & Skirrhodes nuncupantur. De prima & secunda specie ad nos non pertinentibus silentes consulto ultimæ naturam explorabimus dumtaxat. Quacumque de causa in inguinalibus glandulis si-

Tom. IV.

M m m

statur



statum lymphæ, tortuosis adjuncta viarum anfractibus ipsarum loculis adhæret primum, stagnat, inspissatur, duritiemque acquirit difficile resolvablem; sed dum in hujusmodi glandulis longiores trahit moras, à jugi novæ lymphæ indefinenter subsequenti appulsu accumulatur, ultra modum distenduntur vasa, volatiliores avolant particulæ, immotæ remanent crassiores, quæ factæ viciniore, & intimius coadunata, durum veluti corpus effingunt sub nomine Skirrhi cognitum. Interim (quod annotandum maxime) plurimo sale & aciori oneratam Skirrhi materiem docet ratio, testatur experientia: quod sal si vehiculo defraudetur partibus crassis & terrestribus incarceratur, immotumque remanet & iners. Hoc in casu salia violenter moveas, exitiosam vim exerent in solida, brevique degener tumor pejorem adipiscetur indolem.

I I.

Lymphæ vel propria sui indole, vel particulari vasorum diathesi, in hac potius quam in illa corporis parte sistitur, trahitque moras. Terrestria, sulphureaque uniantur lymphæ principia, in grumos ipsa concretescunt exilibus subeundis vasorum ostiis impares, crassioresque factæ moleculæ obstructionem advocabunt. Sic pariter corrugata, distensa, compressa, rupta, laceratave sint vasa, ut eorum vel imminuatur dumtaxat, vel penitus deleatur cavitas, orbibus lymphæ promovendis jamjam inepta, ipsius itineri obicem ponent, & nascetur obstructio. Nec dissimile parturiet incommodum astringentium, repercurentium, aciumve resolventium abusus: intempestiva horum medicamentorum appositione levior aquosiorque tumoris exprimitur pars, dum crassior residua calore nativo aut præternaturali exsiccat, solidamque adipiscitur consistentiam. Quæcumque causa obstructioni ansam præbeat, coercita semel lymphæ densatur primum, postea durefcit Skirrhum brevi genitura. Tanta autem est materiæ Skirrhum producentis crassities, ut denegato humoribus a tergo prementibus aditu, ulterius progredi non valeant, solas Skirrhi margines irrorent, diffundantur in vicinis novis detenturi carceribus, molem Skirrhi pedetentim adaugeant, inæqualemque & scabrosam tumoris in parte carnosa membranosa effingant superficiem, nonnunquam etiam in glandulis, si plures racematim coadunata pari labe contaminentur. Dum muriatica lymphæ principia carceribus irretita quiescunt, & externa oriantur Skirrhi involucra concludentesque cellulæ, nulla est fibrarum distractio, inolet Skirrhus; aut evolvantur eadem, subito commota, congregatis aculeis violenter in fibras nerveas impingunt, glandularum membranæ concludentesque cellulæ cum doloris acutissimo sensu distractæ franguntur, ignem concipiunt humores agitati, excutitur omnino si quæ sit adhuc levior pars & aquosior, viciniore facti, concretique sales rodendo depascunt, vividis fibrarum oscillationibus, auctoque sanguinis arteriosi tumoris ambitum indefinenter alluunt calore

calore concitati, lymphæ Skirrhæ margines irrorante diluti, fiquè tandem juris facti solidis vim faciunt, glandulæ contextum dilantant, cutem exedunt, Skirrhoque in putre & fordidum ulcus converfo, fola sæpe falus est ægris nullam fperare falutem. Skirrhæ talis est indoles & conditio. Si ergo in quocumque Skirrho ex intente moventium ufu tantum imminet periculi, quis jam non intelligat in bubone venereo Skirrhode ab omnibus topicis vividius humores exagitantibus, ac proinde à cauterio abftinendum.

III.

Mutatus in Skirrhum bubo ægre admodum vel refolvitur, vel adducitur ad fupurationem; nec mirum: infixæ in vafculis materies & immota otiofis glandularum membranæ coercentur. Lympham ergo in intimis quafi incuneatam glandulis calore fanguinis excitari & arteriarum pulfationibus comminui difficultatis est, & alexæ plenum opus; fcopum tamen attigiffè confidenter afferunt plurimi, diverfasque præfcribunt methodos; quidam buboni cucurbitam ficcam quotidie per horæ quadrantem applicari volunt, ut confluxu fanguinis calefacta, expanfaque Skirrhæ materies, refolventibus facile pareat & obfequatur. Sed quandonam finiftris fere femper eventibus docebuntur, Skirrhæ materiem tantam plerumque obtinere duritiem, ut propemodum fit infolubilis, vel fi folvatur, in pus erodens converti, cujus indole ftygia in carcinomatoden, sæpe in fiftulam degenerat Skirrhæ? Nonnulli incifa cute, ferro bubonem extirpari jubent. Maxima pars tandem crudelifsimam omnium non reformidat curandi rationem, & fera manu cauterium mutatis in Skirrhum bubonibus attexere non dubitat. At quam periculi plena fit & exitiofa pofterior imprimis methodus, ex dictis jam fat patet, cum in eo dumtaxat totius rei vertatur cardo, ut Skirrhæ materies ab omni calore præternaturali vindicetur, ne incalefcens fubito in expansionem nitatur, faftigiatoque in apicem Skirrho, difrumpatur cutis, turgidum fenfim diffundatur ulcus, invertantur undequaque mazines, exulceratum tandem fuccedat carcinoma. Nullane est ergo in bubonibus Skirrhoideis fperanda falus? Abfit credas. Non artis indoctæ crudelitatem culpât tantummodo medicus, nuntiat fcopulos, pericula monet, ferutator naturæ falutare perfugium in doctiori medicina quærit, & ecce in tanto difcrimine fimpliciffima monftrat diluentia, quæ tam externe, quam interne prudenter ufurpata, non periculum folummodo removebunt, fed felicem femper forfentur exitum.

IV.

Proximam Skirrhæ caufam ftagnanti durefcentique lymphæ tribuendam nofcanti, non ab alio fonte vaforum, quibus illa continetur, diftentionem derivari, manet inconcuflum. Non enim nifi prævia ingurgitatione diftenduntur vafa, & in fkirrhofis tumoribus lymphæ longiores prius moras lentore

M m m 2

traxit.



trahit. Sed cum indicationis ratio rationem causæ sequi debeat, curationis ordo postulat, ut impacta Skirrho materies adfluidam indolem primum reducatur. Quantum autem in hunc scopum colliment & valeant diluentia, cum intus, tum extus exhibita, quis nescit? Diluentibus novum lymphæ particulis intimiori nexu conjunctis accedit vehiculum, strictior earum solvitur unio, ipsis ab invicem recedentibus spatiosa ceduntur liquidioribus, dum crassioribus factis jam tenuioribus, & divisim ordinatis, prima restituitur fluiditas. Sublata distensionis causa vasis sponte & proprio naturæ nisu, amissus redit sensim & micat elater, inceptumque à diluentibus vaporum oscillationibus perficitur opus. Tunc cum germine venereo infestetur corpus, ad hydrargyrosim tanquam ad sacram anchoram tuto & opportune confugas, quæ eo promptius efficaciusque votis respondebit, quo diluta magis, & attenuata prius fuerit & in universo corpore lymphæ, & specialiter in Skirrho contenta materies. Diluentibus etenim ad totam corporis habitudinem pertinentibus demulcetur sanguis viscidiorque liquecit lymphæ partibus mercurii facilius comminuenda; topicis vero durus emollitur, relaxaturque Bubonis contextus, hærens & impacta dissolvitur lymphæ, fluidioribus tandem factis humoribus & laxiori fibrarum compage, quasi regium iter atterenti mercurio paratur. Nec ut systematica tantum habeatur nostra methodus, ipsius ope Bubonis in Skirrhum mutati resolutionem, si lapideam duritiem non fuerit adeptus, te frustra nunquam esse tentaturum, repetita pluries, & felix semper docuit nos experientia, casumque referre juvat, qui hujusce methodi suscipiendæ ansam præbuit. Vocatus sum apud hominem quemdam triginta - quinque annos natum, cui Skirrhodes Bubo venereus, molem pugni unius adæquans inguen ex utraque parte à quatuor annis obtegebat: cum æger propter temporis & forsitan rerum angustias, hydrargyrosim plenioribus subire non posset, ad parcioribus confugiendum fuit; præmissis ergo universalibus præparantibusque remediis, præter balneum universale, topica balnea quater aut quinquies in die qualibet repetenda præscriptis, utque commodius apponerentur, vesicam aqua moderate calida semiplenam, utrique Buboni applicandam imperavi, cujus aqua, quoties à debito caloris gradu recederet, toties renovaretur: dein postera die à blanda catharsi post ultimum balneum, independentem ab intercalatis inunctionibus, quotidie jejuno ventriculo primam inter & secundam topici balnei appositionem, ut unguenti mercurialis \mathcal{D} inungerentur Bubones, sedulo curavi: his per singulos 15. dies eodem ordine repetitis, citra spem omnem ita radicitus digestus est uterque Bubo, ut ne minimum quidem tumoris superfuerit vestigium. Quod tam feliciter prima vice successerat remedium, in omni casu simili adhibui confidenter, expectationemque semper superavit eventus.

V.

Qui diluentium cauterique in Bubonem venereum Skirrhoden actio-

s



nis comparationem instituet, an jure palmam sibi præcipiat nostra methodus, facillime judicabit. Sub larva simplicis topici ægrotantibus impo-
nens audax cauterii appositio, reformidandorum maxime, fere semper stipatur
symptomatum caterva. Infida, pravique moris quam excitat suppuratio,
non nisi morfu atrocissimi doloris impetratur, qui crescens eundo, totum-
que corpus misere percellens, immedicabiles forsitan, funestasque dabit stra-
ges. Primum ab interiori sanguinis uberiori copia ad Skirrh margins appel-
lentis, cauteriique spiculis armati fervore & æstu, Skirrhodes tumor ardet,
inflammatur, dolet, intumescit, renititur, frequenterque lancinans in
acumen erigitur, fitque occultum carcinoma: sed acumine brevi disrupto,
conclusi prædeunt guttatim humores, cancrofa materies expanditur, tor-
quentur extrorsum ulceris labia, fungosa luxuriat caro, ubertim profluunt
ichorosi latices, tumoris livent confinia, exulceratoque demum carcino-
mate, atrocissimo dolore percruciatu æger mortem advocat. Quam discre-
pantem e contra, blandam facilemque therapeiam offerunt diluentia! Skir-
rhis per aliquod tempus apposita sensim & sine sensu per poros absorbentur,
hacque sola donata virtute quæ demulcendo solvat, mobilitatemque concil-
liet, durescenti materiæ amissam fluiditatem sic restituunt, ut exilissimis
canalibus permeandis habilis facta, circuitus sanguinis legibus obtemperet:
sic obice sublato tollitur vasorum distensio, quæ ad pristinum elaterem re-
vocata, oscillationibus repetitis inchoatum à diluentibus ita placide perfici-
ciunt opus, ut atrocissimis vitatis doloribus, ægroque ab omni carcinoma-
tis metu sospite, patientique animo curationis laborem ferente, penitus eva-
nescat tumor, nulla supersit durities, nullumque lateat in tumoris radici-
bus luis venereæ residuum. At, inquires, nedum votis in præsentis casu suc-
cedere possint diluentia, fibras bubonis jam nimium expansas ita laxando
expandent adhuc, ut vasorum elaterem & tonum omnino frangere potius
valeant, quam tumoris resolutionem producere. Diluentia fibrarum con-
textum laxare fatemur ultro. At eodem tempore, diluendo, dividendoque,
ita agunt in humores, ut eorum beneficio materia inhærente Skirrho solu-
ta, redditaque circuitui sanguinis, tollatur obex, qui elateris vasorum re-
stitutioni reluctabatur. Tunc ergo restituitur à diluentibus, nedum tollatur
vasorum tonus, humores in eorum parietes impulsi jam æquabiliter repel-
luntur, hac actione reciproca ad insitam à natura fluiditatem sensim revo-
cantur, novum cum aliis liquoribus ineunt consortium, communi reddun-
tur sanguinis alveo, benignisque tandem humoribus ad partem prius affe-
ctam properantibus, proxima & conjuncta Skirrh causa ablegatur. Quid
plura? Ducti ratione, experientia freti, concludamus.

Ergo bubo venereus Skirrhodes absque cauterio curandus.





DISSER-



CXVII

DISSERTATIO
CHIRURGICA,

DE

FISTULA ANI
FELICITER CURANDA.

Quam Præside

FRIDERICO HOFFMANNO;

Tuebatur

HENRICUS BASS,

BREMA - SAXO.

Halæ mense Julii anno 1717.

